

Anno lxxxviii mcccxxi

# BARTHOLOMAEI Fumi Placentini ordinis prædi- ca. ac hæreticæ prauitatis In- quisitoris Summa: quæ Aurea Armilla in scribitur.

BREVITER STRICTIM QVE OMNIA  
continens, quæ in iure Canonico, apud Theologos, &  
omnes Summas circa animarum curam dif-  
fusè disperseque tractantur.



Codex  
Devante  
703  
Vetus  
Seconda Surum-

Ms. 100  
Vol. 6.  
P. 100  
Ad mod. 16. 16. 16. 16.  
Pr. 100 - 100 - 100 - 100 -

Toleti Apud Ioannem de Ayala.

1554.

Expensis Cosmae Damiani, et Michaelis Rodenich.



REVERENDISSIMO D. D. CATELANO  
Triuultio, Episcopo Placentino, Comitiique, frater Bartho-  
lomaeus Fumus, Vilaureñ. Placentinus, ordinis  
Prædicatorum, ac hæreticæ pra-  
uitatis Inquisitor.  
S. P. D.



V M M V S ILLE R E R V M O M N I V M A R T I-  
fex Deus optimus, Reuerendissimæ Archimandrita noster, an-  
tequam vllas conderet creaturas, in seipso sufficiens, omnē per  
fectionis plenitudinem, omnem excellentiæ gradum, omnem  
denique entitatis (vt italoquar) modum, perfectissimè comple  
tæbatur. Verūm quoniam (diuo attestante Dionysio) boni na-  
tura hæc est, vt sese alijs communicet, mūdum hunc multifarias rerum species  
continentem, in quibus ipse orbis artifex multis modis suam ostenderet maie-  
statem, plasmare decreuit. Vnde supermundanos primum illos spiritus, tribus  
Hierarchijs partitos, nouē pariter ordinibus discretos protulit, in quibus in-  
exhaustæ bonitatis specimen depinxit, seq; ab eisdem per intellectilem cogni-  
tionem participādum exhibuit. Dehinc tornatiles cœlorum globos, radiosum  
solis iubar, pallentem lunam, fulgentia astra, mirabili imposuit harmonia, quæ  
omnia proprijs motibus perpetua lege, congruenter aptauit. Quatuor post-  
modum finxit elementa, ignem videlicet, aerem, pontum, & aridam, in quibus  
animantia quæq; præcipue hominē ad ipsius Dei optimi imaginem formatum  
collocauit. At ne miseri mortales improba vrgerentur fame, deperirentque, lu-  
bricos vndis pisces, dulcia arboribus poma, vircentia campis gramina produce-  
re mandauit. Sicque factum est, vt mundus iste ita examuissim, & perpulchrè  
compactus fuerit, vt melius, rectiusque fieri nequiverit, quādoquidem superua  
caneum, vel otiosum nihil sit reperiri, neque necessariū quicquam in eo deesse  
contingat. Vnde fit, vt creature omnes, & quæ præsertim ratione vigent, autho-  
rem suum toto virtutis conamine studcant imitari: ita siquidem vt gratiam, &  
bonitatem, quam à Deo optimo gratis acceperūt, gratis impartiantur, ne cùm  
extremo vitæ termino ante tremendum Dei tribunal steterint: vt quid pecu-  
niā meā in sudario repositam seruastis, audire cogantur. Igitur iuxta viriū  
mearum mensuram aliquid commodi alijs afferre cupiēs, laborem hunc haud  
paruum, humeris meis certè imparem, animarum me ardore stimulante, luben-  
ter assumpsi. Conspiciens itaq; in enucleandis conscientiæ casibus summarum  
lata volumina, perplexas materias, opinionum varias sententias, multiplices di-  
stinctiones, infinitas Doctorum citationes, & prolixam disputationum seriem,  
legentium animos ad nauseam provocare, quampluresue sacerdotes disputa-  
tionibus non assuetos, à veritate ieunias relinquere, lassasq; eorum mentes cō-  
fundere,

# Reuerēdi pa

TRIS FRATRIS BARTH  
Iomæi Fumi, Villaureñ. Placētini p̄ae  
dicatoriae familiæ professoris, præ  
uitatisque hereticæ inquisi  
toris. Aureæ Armiliz  
principium.



B B A S debet annūm vigesimū quintū incāpīscle, cle, generalē, de eta. & qua. ord. & esse p̄æbiter. extra. e. ti. c. i. & à monaste  
rio , cui debet præ esse, erigi. c. abbatem. 18. q. 2. de eodēmque monasterio, si ibi sit persona idonea, eligi, aliās de alijs monasterijs, eadē. q. c. quām sit , & Pa. in. c. cum monasteriū, de elec. Non professus, vel alterius religionis, eliginon potest, quāuis postulari . Debet a p̄elato immediate su  
periori confirmari , secundum Host . & ab episcopo dicecesano benedici , nec ante be  
nedictionem debet ordinare. c. quoniā vide  
mus. d. 69. si tamen consuetudo est quod be  
nedicatur secundū quosdam.

2 Abbas nō potest p̄æsse, vel pertinere si  
mul ad duo monasteria , nisi vnum sit sub  
alio, vel ad aliud pertineat : de relig. do. c.  
vlti. fi.

3 Abbas potest facere, que ad officiū suum  
pertinent , si episcopus tertio requisitus cū  
humilitate, recuset eum benedicere: de sup.  
negli. p̄el. c. i.

4 Abbas non potest renunciare exēptioni  
suæ: de arbi. c. cum tempore.

5 Abbas potest absoluere monachos suos  
ab omnibus peccatis, & censuris, nisi spiri  
tualiter aliter de iure reseruētur, secundum  
Inn. in. c. nuper, de sen. ex. & Tho. in. 4. sen.  
d. 18. q. 2. a. 1. q. 1. & Archie. flo. 3. parte. ti. 25.  
c. 77. Pa. tamē in. c. monachi de sen. excom.  
tenet cōtrarium, contra cōmunē op. p̄æ  
dictorum, & aliorum multorum docēo. Sūt

etiam inspicienda corum priuilegia super  
huiusmodi.

Abbas p̄æbiter benedictus , vel recusa  
tus ab episcopo, potest cōferre omnes ordi  
nes minores in suo monasterio, & suis mo  
nachis, seu illis, qui ut efficiantur monachi  
illuc accesserūt, omnibus etiā secularibus,  
super quibus habet quasi episcopalē iurisdi  
ctionem, & etiā in alio monasterio, si est in  
uitatus ab eius abbatē , & illud monasteriū  
sit exemptum, potest conferre, aliās non, se  
cundum d. Ant. p̄. Host. in. c. cū cōtingat.  
de xta. & qual. or. & eadem ratio est de om  
nibus ordinibus minoribus secundū doc.  
& p̄æcipue Arc. in. c. quoniā d. 69. quia  
hoc priuilegium , latē interpretandum est,  
quoniā alteri non prejudicat.

Abbas potest dispensare cū monachis su  
per irregularitate, quā recipiendo ordines  
in excommunicatione contraxerunt, facti ta  
mē memorīa, vel iuris peritiā non habētes,  
& factū non fuit enorme, secundum cōmu  
niter doc. in alijs autem irregularitatibus  
nō potest de il. cōmuni , secundum Pa. in  
c. illorum. de sent. ex. nisi expresse ius cōmu  
ne concedat. Potest etiam dispensare in vo  
tis ante religionis ingressum factis , secun  
dum Glo. in. c. noluit. 33. q. 3, facta vero in re  
ligione, irritare, & annullare. infra votū. 7.  
&. 9. Sunt tamen vidēda corū priuilegia su  
per absolutione, quia multa habent, sed de  
iure communi hæc dicta sunt.

Abbas potest cōsecreare ecclesiās, vel alta  
res cimiterium recōciliare , consecrare oleū  
ad infirmos, benedicere moniales, consecra  
re corporalia, benedicere vestes, & vasa, ca  
lices & omnia, que ad dei cultū appropian  
tur, si habeat à papa ex comissione , vel ex  
iure, vel ex priuilegio, vel ex consuetudine  
scita, & approbata per papam , quia hæc nō  
habēt a ētūm immediate circa corpus Chri  
sti verum, sed circa corpus mysticum , ideo  
per papam possunt sacerdoti committi, quia  
non sunt stricti ordinis episcopalis. Non ta  
men potest ex comissione papæ, ordines fa  
cros conferre, quia hoc circa corpus Christi  
verū, vel circa eius materiā, actum habet im  
mediate , & est stricti ordinis episcopalis.  
Hæc eliciuntur ex . S. Tho. 4. sen. d. 7. q. 3. a.  
A 1. q. 2.

re ad restitutionem dotis , si vir accusatur propter maleficium , maximè cum perueniatur ad distractionem bonorum , & vbi matri monium venit separādum quo ad thorū . c . i . de dote post di . nu .

Vxor habens virum prodigum potest abscondere de bonis eius , & non obedire ei in hoc , quia agit negotiū eius si sit in bona fide . Idē quādo est lusor , & huiusmodi . Prudenter enim agit maritibona conseruans .

Vxor (vt colligitur ex not . in . c . si quis necessitate . 34 . q . 2 . ) tenetur sequi virum , si vir transfer domicile , nisi fecisset pactum , de non transundo , nisi post pactum aliqua necessitas aduenerit , quæ impediret maritum ibi manere , tunc tenetur sequi eum , nec obstat , ar . c . vnaquæque . 13 . q . 2 . Si verò non transfertur domicile , non tenetur sequi , secundum Hostien . neque si est vagabundus , secundum glo . in . d . c . vnaquæque , nisi sciens eum

vagabundum contraxerit , quia tunc teneatur , nisi ex causa in honesta esset vagabundus , velsi vellet eam ad peccatum trahere , vel esset imminens vita periculum , tunc non tenetur sequi , vt sentit glo . in . d . c . si quis .

Quid si xor esset infirma infirmitate perpetua , taliter quod nunquam posset reddere debitum marito , sine periculo vita , vel grauis infirmitatis , ita vxoris sicut mariti ? dico q . secundum Tho . Cai . debent ambo seruare continentiam , nec commiscere adiuicē , exponendo scipios periculo mortis , vel grauis infirmitatis , supra , debitum . § . 3 .

Aureæ Armillæ Reuerendi patris fratris Bartholomei Fumi Villaureni .

Placentini , Prædictoriæ familiæ professoris , hereticaeq ; prauitatis Inquisitoris terminus .

## L A V S D E O .

E X C V S S V M T O L E T I

A P V D I O A N N E M

D E A Y A L A .

I S S 4 .

Generalissimis etiam annis natus